

Maturité gymnasiale

Session 2019

**EXAMEN DE L'OPTION SPÉCIFIQUE LATIN**

Version latine

Durée : 3 heures

Matériel autorisé : dictionnaire latin-français *Le Gaffiot* ; *Le Petit Robert* ; *Latin Forum 11<sup>e</sup>* (livre de l'élève)

Il ne faut pas avoir peur des éclipses

*Scipion Émilien (2<sup>e</sup> siècle av. J.-C.) raconte à son neveu Tubéron comment, alors qu'il servait dans l'armée commandée par son père en Macédoine, le légat Sulpicius Gallus expliqua les causes naturelles d'une éclipse de lune pour rassurer ses hommes. Il ne fut d'ailleurs pas le seul à agir ainsi...*

« Memini, me admodum<sup>1</sup> adolescentulo, cum pater in Macedonia consul esset et essemus in castris, perturbari exercitum nostrum religione<sup>2</sup> et metu, quod serena nocte subito candens<sup>3</sup> et plena luna defecisset. Tum C. Sulpicius Gallus, cum legatus noster esset anno fere ante quam consul est declaratus, haud dubitavit postridie palam<sup>4</sup> in castris docere nullum esse prodigium<sup>5</sup>, idque et tum  
 5 factum esse et certis temporibus esse semper futurum cum sol ita locatus fuisset ut lunam suo lumine non posset attingere. »

« Ain tandem<sup>6</sup> ? » inquit Tubero<sup>7</sup> ; « docere hoc poterat ille homines paene agrestes<sup>8</sup> et apud imperitos<sup>9</sup> audebat haec dicere ? »

<sup>1</sup> admodum	tout à fait, tout, très
<sup>2</sup> religio, nis, f.	la peur des dieux
<sup>3</sup> candeo, es, ere, ui	briller de tout son éclat
<sup>4</sup> palam	publiquement, devant tout le monde
<sup>5</sup> prodigium, ii, n.	le prodige, le signe des dieux
<sup>6</sup> ain tandem ?	vraiment ?
<sup>7</sup> Tubero, nis, m.	Tubéron (neveu de Scipion)
<sup>8</sup> agrestis, is, e	rustre, inculte
<sup>9</sup> imperitus, a, um	ignorant

10 Scipio : « Ille vero<sup>10</sup> ! Rem enim magnam erat adsecutus, quod hominibus perturbatis inanem religionem timoremque dejecerat. Atque ejus modi quiddam etiam bello illo maximo<sup>11</sup> quod Athenienses et Lacedaemonii<sup>12</sup> summa inter se contentione<sup>13</sup> gesserunt : Pericles<sup>14</sup> ille, et auctoritate et eloquentia et consilio<sup>15</sup> princeps civitatis suae, cum obscurato sole tenebrae factae essent repente Atheniensiumque animos summus timor occupavisset, docuisse cives suos dicitur id quod ipse ab Anaxagora<sup>16</sup> acceperat : certo illud tempore fieri et necessario<sup>17</sup> cum tota se luna sub<sup>18</sup> orbem solis  
15 subjecisset. Quod cum disputando rationibusque docuisset, populum liberavit metu ; erat enim tum haec nova et ignota ratio, solem lunae oppositu solere deficere. Quod Thaletem Milesium<sup>19</sup> primum vidisse dicunt.

Cicéron, *De Republica* (quelques coupures)

- 
- <sup>10</sup> sous-entendre : fecit  
<sup>11</sup> sous-entendre : factum est  
<sup>12</sup> Lacedaemonii, orum, m. pl. les Lacédémoniens (habitants de Lacédémone – ou Sparte –, qui se disputèrent avec Athènes la domination sur le Péloponnèse au 5<sup>e</sup> siècle av. J.-C.)  
<sup>13</sup> contentio, nis, f. la rivalité, l'acharnement  
<sup>14</sup> Pericles, is, m. Périclès (homme d'État athénien du 5<sup>e</sup> siècle av. J.-C.)  
<sup>15</sup> consilium, ii, n. la sagesse  
<sup>16</sup> Anaxagoras, ae, m. Anaxagore (savant grec du 5<sup>e</sup> siècle av. J.-C.)  
<sup>17</sup> necessario de manière inévitable  
<sup>18</sup> sub traduire par *devant*  
<sup>19</sup> Thales Milesius Thalès de Milet (savant grec des 7<sup>e</sup> et 6<sup>e</sup> siècles av. J.-C.)